

Werk

Titel: Herbarium Amboinense, plurimas conplectens arbores, frutices, herbas, plantas ter...

Jahr: 1743

Kollektion: Zoologica

Werk Id: PPN369546733

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN369546733> | LOG_0138

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369546733>

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

Tabula Septuagesima Secunda

Ramum exhibet *Mangii Candelarii foliis, floribus, ac fructibus* onustum.

A. *Fructum* denotat *majori forma*.

B. Eundem repræsentat *fructum* progerminantem; quo modo nempe radices ex ejus apice emittat ac folia prorumpant ea ex parte, qua petiolo & arbori fuit junctus.

OBSERVATIO.

Hæc est *Pee-Candel H. Malab. part. 6. Tab. 34.* proposita.

CAPUT SEXAGESIMUM
SECUNDUM.*Mangium Caseolare. Brappat.*

SEcunda *Mangiorum* classis forma & modo crescenti a prioribus diversa in album & rubrum dividitur, quæ simul hoc in capite describemus.

Primo. *Brappat alba* crassa, sinuosa, & vasta est arbor instar *Quercus*, talique rugoso & fisso obducta cortice, similesque gerens incurvos & extensos ramos. Ejus truncus plerumque viro crassior est, ubi vero plurimi simul juncti obcurrunt, hi altiores, rectiores, & graciliores sunt, uti & ipsorum rami.

Ejus folia ab omnium antecedentium foliis differunt, quæ sunt lata, subrotunda, aliquando vero oblongo-acuminata instar illorum *Metrosideros* vel *Alni*, quatuor pollices longa, ac paulo minus lata, crassa, glabra, & fragilia instar illorum *Portulacæ*, nullas notabiles gerentia costas, excepto quod nervus medius ab utraque protuberet parte, saporis penitus salis. Bina sibi cruciatim obponuntur sed rara sunt, bina enim ternave tantum paria rotundis insident ramulis, qualia in *Metrosidero* observantur, quæ in una eademque arbore diversæ penitus sunt magnitudinis & formæ.

Flores primo ingentia viridia sunt capita, bina ternave simul provenientia, & crassius insidentia petiolis, quæ sese in coronam aperiunt ex sex, septem, & octo viridibus apicibus seu radiis compositam. Horum centrum repletum est longis, rectis, & albis staminibus, antheras fuscas gerentibus, quorum medium seu pistillum longissimum est, viride capitulum gerens. Si flos rite sit apertus, omnia hæc decidunt stamina, excepto medio, quod viridi inponitur basi, ex quo fructus excrescit, tumque hæc radiata corona haud male lampadem refert turunda repletam, unde & hæc species Malaice hoc cognomen accepit.

Fructus rotundum est pomum, sed planum & compressum instar minoris casei, quod in summo longum gerit filum loco umbilici, sed nunquam decidit, est autem palmam latum, externe glabrum, & glaucum, ac licet sit maturum, diu ex arbore dependet cum ista coronula, tumque aperitur instar disci radiati: substantia ejus interna est sicca, alba, & granulosa, sine ullo notabili sapore vel odore, excepto quod sit adstringens & acidula. Ejus nuclei sunt angulosi ac adfragmenta referunt seu apices dentium, quibus maxima medullæ repletur pars.

Externum trunci lignum est molle & album, ac sensum interne magis indurescit, crassasque gerit fibras, nodosumque est & lentum, atque ex albo in rufum tendit colorem, sed siccum cinereum est, inque aqua marina durabile. Hæc arbor nullas serpentiniformes profert radices, uti præcedentes species, excepto quod inferior trunci pars plurimos gerat magnos nodos instar sedilium, totum porro solum circa hanc arborem ad magnam etiam distantiam obfessum est innumeris erectis & acuminatis cornibus, spithiamam vel pedem circiter longis supra terram elevatis, adeoque sibi adunatis, ut vix pedis interstitium relin-

De twee-en-seventigste Plaat

Vertoont een Tak van de Kaarsdragende *Mangi-Boom* met zyn bladen, bloemen, en vruchten beladen.

A. Wyft aan de vrucht in 't groot.

B. Dezelfde vrucht uytspuytende, komende de wortelen uyt deszelfs spits te vooren, en de bladeren uyt dat deel, dat aan de steel geftaan heeft.

AANMERKING.

Dit is de *Pee-Candel* van de *Hortus Malab.* in het zesde deel *Tab. 34.* verbeeldt.

LXII. HOOFDSTUK.

De Kaasvormige *Mangi-Boom*.

HEt tweede geslacht of Classis van *Mangi Mangis*, in gedaante en manier van wassen van de voorgaande vry wat verschillende, is verdeelt in witte en roode zoorte, die wy te zamen in dit Kapittel begrypen zullen.

Eerstelyk: 't witte *Brappat* is een dikke bogtige en gezette boom, als een *Eyke-boom*, ook met diergelyke ruyge en geborstene schorffe, en diergelyke kromme en uygebreyde takken. Den stam is in 't gemeen dikker dan een man omvademen kan, maar daar ze digt by malkander staan, zyn de stammen booger, regter, en ranker, gelyk ook de takken.

De bladeren verschillen van alle de voorgaande, want deze zyn breed en rondachtig, zommige met een ronde spits, en wat langwerpiger, die van 't *Yzerhout* of onze *Else-boom* gelykende; vier duymen lang, en wat minder breed, dik, glad, en breekzaam, als de *Porceleyn*, zonder merkelyke ribben, bebalven dat de middel-zenuwe te wederzyden uytsteekt, gantsch ziltig van smaak. Zy staan met twee tegens malkander, en regt in 't kruys, dog weinig in 't getal, met twee en drie paren aan ronde ryskens, gelyk men ook aan 't *Yzerhout* ziet, en verschillen onder malkander in grootte en gedaante aan een en dezelfde boom.

Het bloeizel zyn eerst groote groene knoppen, twee a drie by malkander staande, op dikke steelen, die hun openen in een kroontje, van zes, zeven, en agt groene spitzen of stralen gemaakt. Het binnenste is digt, uygevuld met lange, regte, en witte draden, met graauwe noppen, waar onder de middelste de langste is, met een groen knopje. Als de bloem ter degen geopent is, zo vallen deze draden allegaer uyt, bebalven de middelste, die op een groen heuveltje staat, daar uyt de vrucht werd; en als dan lykt dit gesternt kroontje niet qualyk een lamp, daar een wiek in steekt, waar van deze zoorte in 't *Maleys* ook bygenaamt is.

De vrucht is een ronden appel, dog plat gedrukt, als een band-kaasken, met een lange draat boven op, in plaats van de navel, die nooit afvalt, een bant breed, van buyten glad en zee-groen, al isse ryp, lang aan den boom en 't voornoemde kroontje hangende, 't welk zig als dan opend als een gesternt broodje. Binnen is een drooge, witte, en korlige substantie, zonder merkelyke reuk of smaak, bebalven dat ze is zamentrekkend en zuurachtig. De korls zyn boekig, en gelyken stukken of stompen van tanden, 't meeste deel des mergs vervullende.

't Buytenste hout des stams is week en wit, allengskens na binnen word 't harder, grofdradig, warrig, en taay, uyt den witten na 't roffe trekkende, dog graauw bestervende, en dit is durabel in zee-water. Deze boom heeft geen slangevormige wortelen, gelyk de voorgaande zoorte, bebalven aan de onderste stam veel grooter knoesten of koppen, als stoelen. Voorts is den geheelen grond niet alleen om deze boomen, maar ook een groote spatie van buyten, rondom bezet met ontelbaare regte toegespitsde boorns, omtrent een span of een voet lang boven de aarde, en zo digt aan malkander, dat men qualyk een voet tusschen beide zetten kan. Digt rondom den stam zyn ze weinig

relinquatur: Prope truncum rara vel nulla sunt, sed ad unius alteriusve ulnæ spatium incipiunt, quoque magis ab arbore remota sunt, inque aqua locantur, eo majora sunt: Multi putant acuminata hæc cornua peculiare esse plantas, nil commune cum arbore habentes. Alii vero radicem esse furculos, sed utraque sententia quodammodo erronea est.

Quum enim nunquam in conspectum veniant nisi circa hanc arborem, hinc cum ipsa participant, & ab ea quasi derivantur. Crassarum radicem furculos non esse ex eo constat, quod prope arborem, ubi hæc radices excrescunt, non obcurrant. Si itaque effodiantur: sequenti sese obferunt modo: Circa saxosum depuratumque solum undique inveniuntur brachium vel pedem crassa, supra acuminata simpliciter, vel in binos apices desinentia, ad sesquipedalem longitudinem, aliquando etiam binos pedes longa sunt, inferius angusta etiam sunt, sed in apicem non desinunt. Circa ipsorum medium plurimas emittunt transversales fibras, externe spongiosa carne obductas, atque per ipsorum medium lentus decurrit nervus. Harum fibrarum crassissimæ cum proximis bifidis cornibus conjunguntur, atque hæc crassis arboris radicibus implantantur. Si jam istæ fibræ dissecantur & circumagantur, acuminata hæc cornua dissolvuntur & eradicantur, quæ binorum cum dimidio immo trium pedum longitudinem habent, atque animalium ossa referunt.

Cortex ipsorum exterior est lignosus, glaber, visci colorem gerens, nec ultra calamum crassus; interna autem illorum substantia est fungosa, sicca, lenta, & levissima, suberi simillima, cujus loco etiam adhiberi potest, sed ejus medium plerumque excavatum est, juniora hæc cornua pedibus facile in partes conminui possunt, vetusta vero neutiquam, immo ne quidem confringi.

Secundo, *Brappat Rubra* foliorum & trunci forma haud multum differt a præcedenti, excepto quod hæc species flagella emittat, & incurva sit ad mali altitudinem, sed plerumque humilior est. Ejus ramuli non sunt rotundi, sed quadrati & quasi alati, ita ut oras gerant acutas: Hiscæ folia insident cruciata & obposita, sed paucò numero, plerumque subrotunda vel parum acuminata, quatuor digitos lata & longa, crassa, pinguia, nec venulas notabiles exhibentia instar *Portulacæ*.

Flos ex sex crassis & firmis componitur radiis, primo crateriformibus, hujus medium repletum est crassiusculis & longis staminibus eleganter rubentibus, antheras cinereas ac reniformes gerentibus, omnino instar *Jambosæ* floris, nullum spirans odorem. Inter istos radios alia sex eminent petala linguæ-formia, eundemque gerentia colorem, atque in medio longus erigitur stilius capitulum viride sustinens, plano insidens tuberculo, ex quo fructus formatur uti in præcedente, atque omnia simul decidunt stamina, si flos magis expandatur.

Fructus est similis priori, instar plani nempe casei, sed crassior, pomumque magis referens, viridis penitus, licet sit maturus, longumque istum apicem servans; substantia autem ejus interna est granulosa & farinacea, odorem coloremque casei vetustioris adeo referens, ut eundem esse quis putaret, qui odorem etiam a prætereuntibus arborem observatur, si maturi ex ipsa dependeant fructus. Quum pomulum hoc decidit, restans pericarpium optime refert stellam sex radios emittentem.

Lignum est uti præcedentis, ipsaque etiam arbor circa sese ista cornua profert bifida, sed rariora, & breviora quam circa præcedentem.

Flores mense Octobri in conspectum veniunt, illi vero albæ speciei Augusto & Septembri: Sponte vero crescit in arenosis & paludosis locis, non prope litus, sed juxta ripas majorum fluminum, sæpe etiam prope ædes plantatur ab iis, qui ejus fructus expectant.

Prima vero species ubique in planis crescit litoribus, ubi solum est durum saxosumque nec cænosum aut paludosum, quod vicissim aqua marina obtegatur & denudatur, ita ut mari in altum elevato inferior trunci pars, atque ista cornua aqua obtegantur: Ipsius crassioribus ramis aliæ crescunt plantæ parasiticæ, quæ naturam habent falsam, atque ex ipsorum crassiore cortice

weinig of niet, maar omtrent een vadem of twee daar af beginnenze, en hoe verder datze van den boom af, en in 't water staan, hoe grooter zy werden. Veele geloven dat deze splits-boorns een byzonder gewas zy, met den boom geen gemeenschap hebbende: Andere, dat het uyt-spruytzelz aan de wortelen zyn; in welke beyde meyninge eenig abuys schuyt.

Want om datze nooit gezien worden, of dezen boom moet daar omtrent zyn, zo moetenze daar van afkomstig zyn. Uyt-spruytzelz van de regte dikke wortelen, zyn 't ook niet, want als dan moest men ze naast den boom, daar de dikste wortelen zyn, meest vinden. In 't graven dan bevind men ze aldus: Rondom de steenige grond opgeruymt zynde, ziet men ze in de midden ruym een arm of been dik, van daar na boven toe in een of twee spitzen toeloopende, in de lengte van een en een half en twee voeten, beneden loopenze ook smal toe, dog in geen spits. Omtrent de midden hebbenze over-dwers veele dikke vezelingen, van buyten met een spongieus vleesch omgeven, in de midden met een taaye zenuwe. De dikste dezer vezelingen hangen met die van de naaste splits-boorns, alle aan malkander vast, en de laatste aan de dikke wortelen des booms: Nu met sterk waggelen en doorkappen der voorscreve vezelingen, maakt men deze splits-boorns los, en trektze zo uyt; die dan twee en een half, en drie voeten lang zyn, gelykende een scbonk van een beest.

Buyten hebbenze een houtagtige schorffe, glad, lym-verwig, en niet boven een schaft dik; binnen een vooze, drooge, taaye en zeer ligte substantie, den kork zeer gelyk, waar voor men ze ook gebruyken kan, doch gemeenelyk met een kleene bolligheid in de midden. De jonge splits-boorns kan men gemakkelek met de voet in stukken breeken, maar de oude geensints, ja ook niet breeken.

Ten tweeden: De Roode Brappat verschildt aan gedaante van stam en bladeren niet veel van de voorgaande, behalven dat deze zoorte ranker opschiet, en wat krom, in de boogte van een appel-boom, doch gemeenelyk laager. De takjes zyn niet rond, maar vierkant, met eenige aanwassing, als vleugeltjes gezoomt, zo dat 't scherpe kanten werden; daar aan staan de bladeren regt in 't kruys tegen malkanderen, dog weinig in 't getal, meest rond, of een weinig toegespitst, vier vingers breed en lang, dik, vet, en zonder merkelyke adertjes als de Porceleyn.

De bloem bestaat uyt zes dikke en styve straalen, eerst beekers-gewys geopent; 't binnenste is dicht uytgevult met lange en dikachtige draaden, boog rooze-rood, met graauwachtige en niere-vormige noppen, t'eenemaal als 't *Jamboes-bloeyzel* en zonder reuk: Tusschen de stralen ziet men nog andere zes blaadjes, als tongetjes, uytsteken, van de zelfde koleur, en in de midden een lange draat, met een groen nopje op een vlak beuveltje, waar uyt de vrucht wert, gelyk aan 't voorgaande, vallende alle de draaden teffens uyt, als haar de bloem wat wyder opent.

De vrucht is als aan 't voorgaande, te weten als een plat kaaken, dog wat dikker, en een appel gelyker, gras-groen al is ze ryp, de bovengemelde lange spits behoudende, binnen met een korlige en meelachtige substantie, van reuk en verwe de pot-kaas zo gelyk, dat men 't daar voor zoude aanzien; welken reuk men ook gewaar wert, als men dezen boom voorbygaat, en daar rype vruchten aan hangen. Wanneer 't appeltje afvalt, zo gelykt 't gestraalde bordje daar 't op staat, zeer wel een Sterre met zes spitzen.

Het hout is als aan 't voorgaande, en den boom heeft ook splits-boorns om zig, doch weiniger, en korter dan de voorgaande.

De bloemen ziet men in October, doch die van 't witte in Augustus en September. 't Wast van zelfs in zandige en moerassige plaatzen, niet dicht op strand, maar langs de kanten van de groote rivieren, en wert ook zomtyds by de buyzen geplant van die geene, die smaak in zyne vruchten hebben.

Maar de eerste soort wast over al op vlakke stranden, daar een harde steenachtige grond is, zonder slyk of moeras, en van 't zee-water met beurten bedekt en ontbloot wert, zo dat met hoog water 't onderste van den stam en zyne splits-boorns bedekt worden: Op zyne dikke takken wassen veel andere planten, die ziltig van aard zyn, en baar voetzel uyt zyne dikke schorffe trekken, als daar

cortice nutrimentum suum hauriunt, uti plures sunt *Tangreci* species, & pulcherrima *Dryopteris* species, quæ splendentia & firma gerit folia.

Nomen. Latine *Mangium Caseolare*, quod dividitur in *Album* & *Rubrum* ab caseiformi fructuum forma. Malaice *Brappat* & *Mangi Mangi Padomara*, ex lampado-formi florum forma: Quidam hanc etiam vocant arborem *Bako*, quod nomen cum præcedenti commune est. Ternatice *Possi Possi*. Amboinice *Waccat* & *Waät*. In Leytimora *Watta* cum cognomine semper albi vel rubri. Baleice *Brappa*. Ejus fructus caseiformes specialiter *Boa Rembang* vocantur. Prominentia ista cornua circa arborem hanc propullantia Belgice nos vocamus *Splits-Hoorns* seu *Subulas*, quum plerumque bifida sint. Malaice & Amboinice *Songa* & *Sula*, h. e. *Murices Recti*. Arbor ipsa Javanice & Macassarice vocatur *Pitada* & *Patada*.

Locus. Plurimum notâ est hæc arbor in Moluccis & adjacentibus insulis, quum hæc duriora & magis saxosa gerant litora quam insulæ occidentales, atque ubi semel hæc arbor progerminat, vix iterum eradicanda est, ejusque semi-putridæ radices tum & exsiccatæ & duræ in litoribus, inter saxa quæ prorepunt, per multos etiam annos inveniuntur, uti id videri potest ab utraque *Castelli Victorie* parte, in litoribus *Hativæ*, & *Halongæ*, ubi intra octuoginta annorum spatium nullæ *Brappat* arbores progerminant, ipsarumque tamen radices superfluæ in conspectum veniunt.

Ufus. Albæ seu primæ speciei lignum usitatissimum est ad navium extructionem, ex quo costæ, naviumque fulcra formantur, ac præsertim ex naturalibus arboris curvis ramis: Non tantum durabile est in aqua marina, sed etiam ista valet virtute, quod non facile findatur, clavosque firmiter retineat: Secundæ speciei fructus a vulgo eduntur, plerumque crudi, quod singulari delectatur iporum sapore ad caseum accedente simulque austero. Fungium cornuum istorum lignum in aqua ebullitum, ut salsedo ista extrahatur, conducit etiam ad varias res loco suberis, ad musticolas nempe, ampullarumque opercula, sed non ita intumescit aut firmiter clauditur ac suber.

Malaienses & Macassarenses tenera utriusque speciei comedunt folia ad pisces & Bocassan, uti & maturos fructus, si mollescant, crudos, & in partes dissectos, in hisce vero insulis albæ speciei fructus non eduntur.

Rubræ speciei semi-apertum sumunt florem, ejusque rubra undique deprimunt stamina cum binis bacellis, quæ cruciatim per viride transigunt pistillum, ne iterum erigantur stamina, hunc ad capitis ornamentum gerunt, atque aurifices hujus specimen imitantur ad capillorum ornamenta.

In insula *Dammea* harum arborum species obcurrit cum alba conveniens, sed rotundiora & pinguiora gerens folia, quæ plerumque aquam attingunt, ac tempore in pisciculos degenerant latos, qui *Smarides* vocantur, de quibus ulterius vide *Historiam meam Animalium* sub titulo *Piscium arboreorum*.

Utriusque speciei fructus piscibus etiam incoquantur, in partes dissecti & cum iis comesti, sed jus ipsorum nigrescit.

In Appendice hæc adduntur.

Mangium caseolare rubrum, in Amboina prope ostium fluvii *Elephantis* crescens, plerumque frutescit, truncumque gerit vix cruris crassitiem habentem, cujus ramuli acuti admodum & quadrati sunt, bina vero ipsorum latera latiora sunt binis aliis. Ejus folia sunt magis oblonga quam arboreæ speciei, quinque pollices longa, tres lata, superius subrotunda, & quatuor simul obliquam formantia crucem.

Anno 1691. mense Aprili in hoc frutice magna detecta fuit *Eruca*, *Vitis Eruca* haud dissimilis, coloris pallide viridis, ejusque dorsum tenuissimis fetis hirtum erat, ac binis verrucis notatum, quibus longiores infistebant pili, ad ejus vero latera flavos gerit circulos juxta artuum numerum. Ejus corpus in septem divisum est artus, quorum tres anteriores sex habent breves & acuminatos pedes, quibus suum peragit

Tom. III.

opus,

daar zyn veelderley soorten van *Tangrecum*, en de schoone zoorte van *Dryopteris*, met styve en glimmende bladeren.

Naam. In 't Latyn *Mangium Caseolare*, verdeelt in wit en rood, na de kaaskens-vormige gedaante der vruchten. Op Maleyts *Brappat* en *Mangi Mangi Padomara*, na de lamp-vormige gedaante der bloemen. Zommige noemen 't ook *Bako*, een naam met de voorige gemeen. Op Ternaats *Possi-Possi*. Amboinsch *Waccat* en *Waät*. Op Leytimor *Watta*, altyd met den toenaam van wit en rood. Baleys *Brappa*. De kaaskens werden byzonderlyk *Boa Rembang* genaamt. De uytstekende boorens of kegels rondom den grond dezes booms, noemen wy in 't Duitsch *Splits-Hoorens*, om datze meest in twee spitzen gespleeten zyn. In 't Maleyts en Amboinsch *Songa* en *Sula*, dat is *Murices recti*, of regte voet-angels. Den boom hiet op Javaans en Macassaars *Pitada* en *Patada*.

Plaats. Hy is meest bekend in de Moluxe en omleggende Eylanden, om dat die harder en steeniger stranden hebben, dan om de West; daar by eens opkomt, is by qualyk uyt te roeyen, en ziet men de bloote wortelen half vergaan, en uytgedroogt, doch nog hard, tusschen de steenen op strand kruypen, ook nog veele jaren, gelyk onder anderen te zien is te weerzyden van 't Kasteel *Victoria*, op de stranden van *Hativæ* en *Halong*, daar ruym in geen tachtig jaaren *Brappat*-boomen gestaan hebben, en men nochtans de wortelen ziet.

Gebruik. 't Hout van de eerste of witte zoorte is zeer gebruikelijk tot den scheeps-bouw, om ribben en kromboutsen daar van te maken, uyt deszelfs kromme takken, daar uyt men dan de natuurlyke kromte naar een voorgesteld model kan bakken. Het is niet alleen durabel in zee-water, maar heeft ook die deugden, dat het niet ligt splyt, en de spykers trouwelyk houdt. De vruchten van de tweede zoorte werden van 't gemeene volkje gegeten, en dat meest raauw, hebbende vermaak in den pot-kazigen smaak, die ook vry wat wrang is. Het vooze hout van de splits-boorns in water eens opgekookt, dat die ziltigheid daar uyt komt, is ook bequaam tot veele dingen, in plaats van kork, als tot leesten van *Snyders* en *Schoenmakers*, tot stopzels van bottels, doch zy willen zo wel niet swellen en toezuygen als kork.

De Maleyers en Macassaren eeten de jonge bladeren van beyde soorten raauw tot visch en *Bocassan*, als mede de rype vruchten als ze even beginnen week te werden, raauw en in stukken gesneden; maar in deze Eylanden eet men de vruchten van 't witte geslagt niet.

Van 't roode geslagt nemenze de half ontkloekene bloem, drukken de roode draadjes rondom neer, met twee boutjes kruysweegs door 't middelste groene boorentje gestreken, dat zy niet weder opryzen; dit dragenze dan tot een cieraat op 't hoest. En de Goutmeden nemen ook het fatsoen daar van om baystekers daar na te maken.

Op 't Eyland *Damme* heeft men een zoorte van deze boomen, met de witte zoorte meest overeenkomende, dog met ronder en vetter bladeren; die meest doorgaans 't water raaken, en met 'er tyd in kleene breede vischjes veranderen, diegelyke men *Smarides* noemt, waar van ziet breeder in myn *Histor. Animalium*, onder den titel van *Pisces arborei*.

De vruchten van beyde soorten werden ook by visschen gekookt, in stukjes gesneden zynde, en daar na gegeten, doch zy maken 't zap daar van swart.

Dit wert in het Byvoegzel daar by gedaan.

Mangium Caseolare Rubrum, op Amboina by den uytgang van de rivier de *Olypbant* groeyende, blyft meest een struyk met een stam, niet boven een been dik, waar aan de ryskens zeer scherp en vierkantig zyn, doch twee zyden zyn veel breeder als de twee andere. De bladeren zyn langwerpiger dan aan de boomachtige zoorte, 5. duymen lang, en 3. breed, van voren mede rond toelopende, en met hun vieren een schuyns kruys makende.

Anno 1691. in April heeft men op deze struyk een groote rupze gevonden, de wyngaarts-rupze niet ongelyk, ligt-groen van couleur, op de rugge met fyne bayrtjes, bezet met nog twee wratten, waar op lange bayren staan, en aan de zyde heeft hy geele oogjes, na 't getal der leeden. Het lichaam is in 7. leeden verdeelt, de drie voorste hebben 6. korte en toegespitste pootjes, waar mede hy werkt. De vier agterste hebben 8. pooten, derwelke stomp zyn

P

opus, quatuor posteriores octo pedibus instructi sunt obtusis instar Elephantis pedum, quibus sese in ramis sustinet. Corporis pars postica bifida est, quam ramis obvolvit, atque hic vermis tam copiose ibi invenitur, ut cuncta ramorum & ramulorum folia decerpant: Quumque ad digiti longitudinem & crassitiam excreverit, cellulam seu folliculum format magnitudine pruni cœrulei, externe albescens & glabrum, cujus extremum ramo & dorsum proximo nectitur folio, in quo sese abscondit instar vermis Serici. Post aliquot dies folliculus hic sese aperit, atque papilio exit, quum in hac cellula tenuis conspiciatur membranula, qua aurelius fuit obvolutus, inter quam membranulam & exteriorem corticem lanuginosa locatur substantia, quæ, quantum videtur, Papilioni obtegumento fuit.

Exterior vero cortex seu folliculus ipse congeries videtur unius & continui fili, sique nostrates incolæ artem callerent illud tractandi vel præparandi, subtilia filamenta ex isto nere possent, uti in Bengala id fit ex Tesserò, cum quo hi folliculi multum conveniunt, quam ob rationem illos delineare curavi: Eruca folliculo inclusa bina ternave proxima arboris folia ita contrahere potest, suoque nectere folliculo, ut iis penitus obtegatur & quasi abscondatur. Folliculos, quibus aurelia inclusa est, nere possumus, si superius fili incrementum bacello nectatur, ac folliculus prius humectetur, tum circumvolvendo totum facile subsequitur filum, donec adeo tenue sit, ut rumpatur, tumque connectendum est, ac tam diu circumvolvi oportet, donec totus exterior folliculus sit evolutus, restante tenui pellicula, cui aurelia est inclusa.

Postquam tales folliculos per trium septimanarum spatium servaveram, tam ex devoluto quam ex integro papilio exit, qui ex pulcherrimis & maximis erat, quos unquam conspexi, qui ad superiorem corporis partem sese æmordens aperit, simulque secum flavescens serici floccum educit, atque hoc semper per noctem peragit; plurimæ vero aureliæ, multum manibus tractatæ, emortuæ sunt, nec papilionem producunt. Ejus corpus est, uti reliquorum papilionum, coloris squallide flavi, binosque digiti articulos longum, ad caput vero bina gerit cornicula plumacea, coloris aurantii: Quatuor magnas habet alas, quarum binæ exteriores maximæ sunt digiti circiter longæ, coloris aurantii, sed stria transversalis purpurea per illas decurrit, atque quævis ala in ejus medio oculum quasi gerit fenestratum, qui circulo purpureo circumductus est & instar vitri pellucidus.

Per horæ tantum spatium in dias luminis oras emissus erat hic papilio, & statim cœpit ova deponere plurima coloris squallide albentis, magnitudine feminis Raparum, ex plano rotunda: Folliculi congeries instar serici albet, atque ad viginti vel viginti quinque ulnas extendi potest, congeries vero Bengalenfium folliculorum flavescit.

Hinc patet, quam ob rationem divulgatum sit, Bengalenfium sericum, quod *Gingang* vocatur, ex arboris cortice fabricari, hi enim folliculi adeo artificiose cum pediculo connexo ex arboris ramulis dependent, ut ejuraret quis ipsos arboris esse fructus. Uti Chirurgus quidam ex Bengala adveniens pro certo mihi afferere volebat, veros esse fructus, quos ipse ex arbore decerpserat, qua in opinione ego cum multis aliis tam diu fuimus, donec folliculum talem disseccantes aureliam mortuam inveniremus: Folliculi, ex quibus papilioes exierunt, inepti sunt nendo, filum enim ipsorum breviter disrumpitur.

Folliculi autem Bengalenfes, uti dictum est, nigricant, vel terrestrem habent colorem, Amboinenses vero squallide albicantes atque majores, nemo vero hucusque in Amboina mihi obvenit, qui auderet texturam quandam fabricare.

Ab isto memorato Tesserò differt *Mogta*, quibusdam *Moock* vocata, quæ vile præbet sericum, quod nectitur ex folliculis, quos vermis sericeus perforavit, atque hoc in Tunquin apud Sinenses *Samungi* vel *Samoegi* vocatur, ex quo forte pannus vilis *Baas* dictus fabricatur.

zyn, als Olyphants voeten, waar mede by op de takken vast zit. Het agterste des lyfs is in twee gekloven, het welk by om de takken slaat, deeze worm vind men als dan zo overvloedig, dat by alle de bladeren der takken en ryskens afeet: Daar na een vinger lang en dik geworden zynde, maakt by een buysken of spinzel, in de grootte van een blaauwe pruym, vuyl-wit en effen van buyten, met het eene eynd om de takken, en met de rugge aan het naaste blad vast, waar in by zig verbergt als een zyde-worm. Na zekere dagen opent zig het buysken, en daar komt een Kapel uyt, wanneer men in dit buysken een dun vliesken vind, waar in het poppetje gelegen heeft, tussen welk vliesken en de buytenste schorffe leyd een wolachtige substantie, dewelke, zo 't schynt, het poppetje tot een Coopers verstrekt heeft.

De buytenste schorffe of 't buysken schynt een spinzel te zyn van een doorgaande draat; en indien onze Inlanders de kennisse hadden daar mede om te gaan, zoudenze wel ligt een fyn gaaren konnen spinnen, als men in Bengalen met Tesser doet, waar mede deeze buyskens zeer wel overeenkomen; om welke reden ik ze ook daar by heb laten teykenen. De Rupsen in haar buysken kan de twee & 3. naaste bladeren des booms zodanig t'zamentrekken, en om haar buysken vast maken, datze daar mede bedekt en verborgen legt. De buyskens, daar de worm of poppe nog in is, kan men spinnen, als men 't bovenste beginzel van den draat om een stokje vast maakt; het buysken alvorens wat nat gemaakt zynde, zo volgt in 't draayen al gaande weg, den draat, tot dat by dun wert en zomtyds afbreekt, dan moet men hem wederom aanknopen, en zo draayende raakt het geheele buysken af, overfchietende een dun velleken, daar in het tonnetje legt.


Na dat ik deze buyskens omtrent 3. weeken bewaart hadde, zo is zo wel uyt het afgesponnene, als uyt het heele, een Schoenlapper gekomen, een van de schoonste en grootste, die ik ooit gezien heb, by 't bovenste lyf zig los bytende, met eenen een vloek geelachtige zyde met zig uytvoerende, en dit geschiet altyd by nacht, doch de meeste poppetjes, die men veel bandelt, blyven dood, en daar komt niets uyt. Het lyf is als een andere Schoenlapper, van couleur vuyl-geel, twee leeden van een vinger lang; aan 't hooft heeft by twee hoortjes als veertjes, oranje van couleur. Hy heeft vier grootte vlerken, waar van de twee buytenste de grootste zyn, omtrent een vinger lang, van verwe oranje, doch over-dwers loopt een purpere streep; ieder vlerk heeft in de midden een rond oogje als een venstertje, omgeven met een purpere kring, doorschynent als glas.


Hy was geen uur in de weerelt geweest, of begon een deel eyers te leggen, vuyl-wit van couleur, van grootte als een raap-zaat, plat, rond van gedaante. 't Spinzel is wit als zyde, en men kan van een buysken wel 20. a 25. vademmen krygen, maar 't spinzel van de Bengaalze worden als geelachtig.


Hier uyt blykt dan, waarom men uytgestrooyt heeft, dat de Bengaalze stoffe, *Gingang* genaamt, van boom-bast zoude gemaakt werden, want deeze buyskens hangen zo aardig met een gesponne steel aan de takkens der boomen, dat men sweeren zoude het waren de vruchten van den boom; gelyk zeker Chirurgyen uyt Bengalen komende, standvastig aan my verklaarde, dat het vruchten waren, die by zelfs van den boom geplukt hadde, in welke meninge ik nevens veele Omstanders ook bleven, tot dat wy 'er een openden, en het doode tonnetje in vonden. De buyskens daar den uyl uytgevoelen is, zyn onbequaam om te spinnen, want de draat breekt te kort af.


De Bengaalze buyskens dan zyn, als gezegt, swartachtig of aardverwig, maar de Amboinsche vuyl-wit en wat groter, doch is tot nog toe in Amboina niemand gevonden, die onderstaan wilde een geweeft daar uyt te maaken.

Van 't voorschreven Tesser verschild het *Mogta*, by zommige *Moock* genaamt, welk is een slegte zyde, gesponnen van buyzen, die den zyde-worm doorboort heeft, dit wert in Tunquin, en by de Chineezen *Samungi* of *Samoegi* genaamt, waar uyt mischien de slegte stoffen *Baas* genaamt, gemaakt werden.









Tabula Septuagesima Tertia

Ramum exhibet *Mangii Caseolaris albi*.

Ubi Litt. A. ejus fructum denotat.

Tabula Septuagesima Quarta

Ramum exhibet *Mangii Caseolaris rubri*.

Tabula Septuagesima Quinta

Ramum exhibet *Mangii Caseolaris rubri*,
In quo ad Litt. A. *Eruca Amboinensis* magna conspicitur.

- B. Vero ipsam denotat folliculo inclusam.
C. Folliculus apertus est.
D. Vero Papilio est ex præcedenti *Eruca* generatus.
E. E. Folliculus est *Eruca* Bengalensis *Tesser* vocatæ.

OBSERVATIO.

Hæc est *Blatti H. Malab. part. 3. Tab. 40.* vel saltem ejus species, uti ex figurarum *comparatione patet*; & a *Rumphio* supra etiam adnotatum est.

CAPUT SEXAGESIMUM
TERTIUM.*Mangium album. Caju Api Api.*

Tertium *Mangi* genus est album, juxta regionum varietatem varias exhibens species seu varietates, vulgarem vero ac communem ejus formam describemus, quæ in Amboina observatur, a qua reliquæ haud multum discrepant: Hæc itaque humilis est arbor, quæ aliquando tantum frutescit.

Trunci cortex glaber est & cinereus: Folia vero cum prima conveniunt specie, sed sunt breviora, & subrotunda, oblongam referentia ligulam, excepto quod juniora in obtusum desinant apicem, quatuor & quinque pollices longa, binos digitos lata, intersunt vero quædam adeo breviora & acuta, ut *Salviæ* folia referant, superne intense viridia & glabra, inferne gilva & cinerea, ad tactum mollia, acsi lanuginosa essent, suntque crassa, pingua, paucisque costis per-texta, saporis falsi cum parva amaritie.

Bina plerumque sibi invicem obponuntur, vel loco alterius novus ibi progerminat ramulus. Flores pusillis in racemis simul excresecunt squallide alben-tes, longa gerentes stamina. Fructus gemini & bigemini simul dependent magnitudine biobulorum, plani, parumque incurvi, instar semi-Lunæ, vel instar juniorum *Nam-Nam* fructuum, in brevem durumque desinentes apicem, qui semper ad concavam extenditur partem, exterius autem sunt lanuginosi & æquales, ex gilvo & viridi mixti colore, tenui obducti pellicula, quæ digito facile separari potest, sub hac nucleis reconditur eandem gerens formam, exterius fuscam, interne albicantem, seu pallide virentem, quæ sese in quatuor explicat foliola instar libelli, inque medio obcludit album quasi penicillum *Gossypii* turundam referens, quæ ab utraque parte bina emittit foliola, & exteriori necitur petiolo.

In Macassar & Occidentalibus insulis hæc arbor adeo vasta est, ut vir vix eam complecti possit, ejus quoque fructus ibi multo sunt majores, instar semi-perfecti nempe *Nam-Nam* fructus, vel instar illorum litorei *Catti Catti*, ejusdem cæterum formæ, quatuor quinqueve simul dependentes: Ejus nucleis in tot quoque sese aperit foliola, ibique multum ad cibum expetitur.

Vulgaris trunci lignum albicat, molle est, fungosum, sique transversim cædatur, ex meris compositum videtur circulis instar *Musæ stipitis*, sed multo arctioribus:

Tom. III.

De drie- en zeventigste Plaat

Vertoont een Tak van het *Mangium Caseolare album*, ofte de witte Kaasdragende Mangie-Boom.
Alwaar Litt. A. deszelfs vrucht aanwyft.

De vier- en zeventigste Plaat

Vertoont een Tak van het *Mangium Caseolare rubrum*, ofte de roode Kaasdragende Mangie-Boom.

De vyf- en zeventigste Plaat

Vertoont een Tak van de roode Kaasdragende Mangie-Boom. Waar op by Litt. A. gezien wert de groote Amboinsche *Rupze*, die op deze Boom aast.
B. Wyft aan dezelve in zyn huysje toegesponnen.
C. Vertoont het open huysje.
D. Is de *Kapel*, die uyt de *Rupze* voortkomt.
E. E. Zyn huysjes van den Bengaalsche *Rupze*, *Tesser* genaamt.

AANMERKING.

Dit is de *Blatti* van de *Hortus Malab. part. 3. Tab. 40.* ofte ten minste daar een medezoorde van, zo als uit de vergelyking der Figuren blykt, en van *Rumphius* boven ook aangemerkt is.

LXIII. HOOFDSTUK.

De witte Mangi-Boom.

Het derde geslacht van 't *Mangi* is 't witte, na de verscheidenheid der Eylanden eenige verandering vertonende; dog wy zullen de gemeene gedaante beschryven, die men in Amboina ziet, waar van de andere niet veel afwyken. Alhier dan is 't een lagen boom, die zomtyds een struyk blyft.

De scherffe des stams is ligt-graauw en even. De bladeren komen met 't eerste geslacht overeen, dog zyn korter, en van vooren rond, een langwerpige leepel gelykende, bebalven dat de jonge een stompe spits hebben, vier en vyf duymen lang, en twee vingers breed, dog daar loopen 'er ook onder zo kort en spits, datze de zaaly-bladeren gelyken, boven hoog-groen en glad, van onderen vaal en witachtig, zagt in 't aantasten als of 't wollig waren, dik, vet, en met answigige roven door-regen, van smaak zigtig, met een kleene bitterheid.

Zy staan gemeenlyk twee en twee tegen malkander, of in plaats van 't tweede een nieuw takken hebbende. De bloemen komen voort op korte trosjes by malkander, zyn vuyl-wit, met lange draadjes voorzien. De vruchten hangen twee en vier by malkander, in de grootte van dubbeltsjes, plat, en een weinig scheef, als een halve maan, of gelyk de jonge vruchten van *Nam-Nam*, met een kort en hard spitsje voor aan, 't welk altyd na de bolle zyde ziet; buyten zynze mede wolachtig en even, uyt den vaalen en groenen gemengt, met een dun velleken bedekt, 't welk men met de vinger ligt afwryven kan: Daar onder leyd een heeft van het zelfde fatsoen, buyten bruyn, binnen witachtig, of ligt-groen, die zig in vier blaadjes, als een boekje, opend, en in de midden verborgen houdt een wit quastje, als een propje van Catoen, te weerzyden twee blaadjes hebbende, en 't is aan de buytenste steel vast.

Op Macassar en de Westelyke Eylanden, werd dezen boom zo groot, dat hem pas een man omvatten kan. De vruchten zyn aldaar ook veel grooter, te weten als een half wasfen *Nam-Nam*, of als de vruchten van strand *Catti Catti*, anders van het zelfde fatsoen, en vier en vyf by malkander hangende. De korf laat zig ook in zo veel blaadjes deelen, en werd aldaar veel tot de kost gezocht.

't Hout van de gemeene stammen is wit, week, voors, en als men 't dwers over kapt, zo schynt 't van enkele circulen gemaakt te zyn, gelyk een *Pisang*-stronk, dog veel